

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 958

**Auteur(s)** : Lucius III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Guillaume Ier Burel, Avranches (évêque)

**Bénéficiaire(s)** : Ansgot, La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Guillaume Paynel, Avranches (archidiacre)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1184, 29 mars

**Lieu d'émission** : Veroli

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Lucius III écrit à l'évêque d'Avranches, à l'abbé de la Lucerne et à Guillaume, archidiacre d'Avranches, pour leur demander de rechercher si les revenus du monastère de Saint-Vigor, près de Bayeux, permettent d'y placer un abbé nommé par l'abbé de Saint-Bénigne de Dijon et choisi parmi ses religieux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CLXVII, t. 1, p. 208-209.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 236, p. 331-332.

## Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne et J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Lucius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abrincensi electo, et abbati de Lucerna, et Guillelmo, archidiacono Abrincensi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Henricus, Baiocensis episcopus, transmissa nobis insinuatione, monstravit quod, cum Odo bonæ memoriæ, prædecessor suus, ecclesiam Sancti Vigoris, ea conditione adjecta, monasterio Sancti Benigni Divionensis dedisset, ut ibi esset sub priore congregatio monachorum, et, redditibus ampliatis, constitueretur abbas in eadem ecclesia de præscripto monasterio assumendus, dilectus filius noster abbas Sancti Benigni conventionem præscriptam servare post-ponit, unde contingit quod ordo monasticus non ita, ut convenit, observatur, nec ea quæ deberet hospitalitatis exhibetur. Quapropter discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus, inquisita diligentius veritate, et ecclesie redditibus æstimatis, si hoc fieri posse noveritis, abbatem in eadem ecclesia ad honorem Dei, juxta legem factæ donationis, institui, nullius contradictione vel appellatione obstante, auctoritate apostolica faciatis. Si autem abbas et fratres Sancti Benigni de collegio suo dare noluerint, alium de loco ipso, vel alio etiam collegio, faciatis assumi,

qui et loco illi provideat, et abbatis officio et monasterio Sancti Benigni reverentiam exhibeat competentem, nullis litteris præjudicantibus æquitati, si quæ apparuerint a Sede Apostolica, veritate tacita, impetratæ ; si autem omnes his exsequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exsequantur. Data Verulis, quarto kalendas aprilis.